

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fauor d  
cum fonte primo

Vehementer amor multitudinis commouetur ipsa fama  
et opinione liberalitatis, beneficiencie, fidei, iusticie omniumque earum  
uirtutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.  
Etenim id ipsum quod honestum decorumque dicimus

animos omnium natura et specie sua commouet.

Tullius libro II. de officiis.

Vehementer autem amor multitudinis commouetur ipsa fama  
et opinione liberalitatis beneficiencie iusticie fidei omniumque earum  
uirtutum quae pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.  
Etenim illud ipsum quod honestum decorumque dicimus  
quia per se nobis placet  
animosque omnium natura et specie sua commouet,  
maximeque quasi perlucet ex iis quas commemoravi virtutibus,  
idcirco illos in quibus eas virtutes esse remur  
a natura ipsa diligere cogimur.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2.9.32  
(M. Winterbottom ed., pp.81-2, ll.23-27, 1-5).